

## Regvlae Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d' Romae, 1616

Regulae Præpositi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68329

70



即・耳・耳・耳

# REGVLAE

PRÆPOSITI

Domus Professe.

8

De ijs, qua ad eius personam, & totius Domus administrationem pertinent.

CAP. I.

P.4.c.10.S.4. Qualis esse debeat.



Mni studio enitatur, vt talis sit, qualis optatur Rector in nostris Constitutionibus, atque eo magis, quod illis præsit, quos viros spirituales, & persectionis stu-

diosos esse oportet.

P.4.c.10.5.5. 2 Primam officij sui curam in eo positam esse intelligat, vt oratione, & sanctis desiderijs totam Domum velut humeris suis susti-

neat;

neat; & quacunque in ijs, quibus praest, ad ipsorum, aliorumque ædificationem, iuxta Domum susti instituti nostri rationem, optare debet, prius near. in leiplo præltare studeat.

3 Communes regulas ipse seruet, & par- Vitet particuticularia in cibo, indumentis, & aliarum, laria in omnirerum vsu quantum fieri potest, vitet; & fa-bus. miliaritate, atque indulgentia cum quibus-

dam, alios ne offendat.

4 Intra annum, postquam officium Præ- P.4. c.10. 5. positi prima vice inierit, quadraginta diebus cong. 2. Quan Christianam doctrinam eo modo, quo in se- do Christiana cunda Congregatione de Rectore expositum Doct. docebis est, legat, aut doceat; sed ex causa per alium id munus cum facultate Prouincialis obire

5 Consuetudines receptas, & à Genera-Cosuetudines li, vel Prouinciali approbatas seruet, ac ser- uanda. uari faciat : si tamen aliqua alia à præcedenti. Prapofito inducta fuerit, non mutet incon- Nouz non in fulto Prouinciali: ipse vero, nisi suo Superio- ducenda.

re approbante, nullam introducat.

6 Eos, qui domestica obeunt ministeria P.4 c. 10.5.5. (exceptis quibusdam, quorum electio ad Pro- Constituendi uincialem pertinet) prudenter constituat, qui domessica suas cuique regulas tradat, aliquando visi- obeant minitet, & prout in Domino conuenire iudicabit, Heria. vel in eisdem ministerijs detineat, vel ab eis remoueat. Quia vero officia quadam, vt bene fiant, experientiam requirunt, qui

4

approbatæ fer

ta-

le-

io-

od

oi-

11-

m

e-

1-

### REGVLÆ

ad ea idonei inueniuntur, non facile mutari debebunt.

P.4.C. 10.5 6. Officiales iuuandi.

ensinsated V

ponendæ.

th non-much

dismone ac

7 Vt prospicere officialibus de subsidio, si necessarium id fuerit, ne labore grauentur, debebit; ita cum tempus vacuum illis fuerit, vt illud vtiliter impendant diuino seruitio, curabit.

P.3.c.1.5.11. 8 Etsi potestatem habet designandi Con-Designatio fessarios suis subditis, ordinarium tamen Confessarij. Confessarium Domus non constituet sine approbatione Prouincialis. P 6.c.s.

9 Quamuis in virtute obedientia iubere Quandoin virtute obedié possit, non nisi rarissime, & ex graui ac vrtix iubendum genti causa id faciat.

Quales pœni 10 Ordinarias tantum pœnitentias imnitentiæ imponat, quales sunt parua mensa, reprehensio, conclusio in circulo, edere sub mensa, osculari aliorum pedes, orare in refectorio, dicere culpam suam, subtractio cibi vsque ad panem, & aquam, si res postulauerit, disciplina publica in refectorio, & alia exerci-

Quando dispensat in regulis .

B.&p.9.c.3.5 II Sicut ad Præpositum pertinet dispenfare in regulis, & Constitutionibus, & Decretis Congregationum Generalium cum particularibus, quando necesse erit; sic &, cum dispensauerit in rebus maioris momenti quæ videntur vrgere, & in quibus sine graui incommodo Prouincialis resposum expectari non potest, eum primo quoq. tempore de huiulmedi

utari

dio, ntur, erit, itio,

Connen

apbere

VI-

Imien-را

10 ue dia

rcien-

Den & ,

nti ui arı

ILL T

iusmodidispesatione, ac eius causa admonere. P.5. e.3. §.4. Nomina eorum, qui vota solemnia, & c.4.§.4. vel simplicia emiserunt, in libro ad hoc pa- Vota solénia rato notentur, in Professis quidem, & Coad-notanda. iutoribus formatis cum nominibus admittentium; in reliquis vero post biennium cum nominibus celebrantium, adnotato loco, & tempore, iuxta Constitutiones.

13 Quas habeat facultates partim ex ijs Vnde cognofquæ ipsi in his regulis conceduntur, partim cet suas facul. ex compendio facultatum Societatis intelli-tates. gat, vt in ijs, quas non habet, sciat ad Supe-

riorem recurrere.

De ijs, qua Prapositum ad bonam admini-- Strationem iuuabunt.

## CAP. II.

14 Tt sollicitus, ne Minister, & reliqui of- P.4. c. 10. S. ficiales suo desint officio, omissis alijs, 7. & p.9.c.6.

quæ possent impedire. 15 Singulis vel saltem alternis hebdoma- & alij suo dedis cum suis Consultoribus conueniat, (nisi sint officio. pro re nata aliquid extraordinarie effet con- Cosultationes fultandum) deque rebus maioris momenti, quæ pro temporum, & negotiorum varietate occurrunt, cum illis agat: quamquam ijs auditis, penes ipsum erit de singulis statuendifacultas.

Ne Minister,

16 Con-

## REGVLÆ

Admonitor, 16 Consultores, aliosque omnes, cum & Consultores ei aliquid proponunt, libenter, & benigne exlibenter au- cipiat, & præcipue eum, cui Monitoris offi-P.9. c.4. 5.4. cium commissum est: esticiatque ve in sua domo, quæ in formula scribendi præscripta funt, seruentur.

Visitationes, & ordinario-

17 Habeat librum, in quo scribantur nes scribenda visitationes Domus à Generali approbata; in quo etiam scribantur ordinationes aliæ alicuius momenti, quæ à Generali mittuntur: & quæ perpetuæ fuerint, ab ijs, quæ temporariæ sunt, separatim notentur: alia vero quæ Visitator, & Prouincialis præscripserint, in alio libro scribantur.

Vnde institu- 18 Institutum Societatis cognoscat ex tum Societa- lectione literarum Apostolicarum, Constitutis cognoscat. tionum & Decretorum generalium Congregationum: magis autem particularia ex lectione regularum tam communiu m, quam officij sui, & aliorum, qui sub ipsius cura funt, ac Prouincialis, & compendij facultatum Societatis, atque ex observatione confuetudinum receptarum, ac demum ex recursu ad Superiorem in ijs, de quibus dubitabit.

Quæ in libellum refereda.

19 Libellum habeat, in quem referat quacunque sibi ad bonum Domus statum. subinde occurrent, ne memoria excidant, præcipue illa, de quibus ad Generalem, vel Prouincialem scribendum putat.

. 20 Pro

20 Pro occurrentibus necessitatibus com- Missa applia munibus, & priuatis, Missas, & orationes suo- care potest. rum (moderate tamen) iuxta consuetudinem P.2. c.3. §.2. Societatis applicare poterit Societatis applicare poterit.

M. & c.4. S.3. & 4. p. 10. lit.

De cura nostrorum in spiritu.

## CAP. III.

Vret, vt cuique in suo officio integram P.4.c. 10.5.8. obedientiam ceteri præstent, & offi- Obedieria in ciales Ministro, & sibi etiam omnes; studeatq. randa. eisdem exemplo ebedientiæ præire, quam ipse suis Superioribus, quos Christi loco habet,

præstare debet. Det operam, vt Constitutiones, & re- P.4.c. 10.5.5. gulæ obseruentur: omnibus domesticis cum & p.6. §.1. & omni solicitudine inuigilet, eosdemque ab ijs, p. 10. S.vlt. quæ nocere possint domi, & foris defendat, Observantia

tum præueniendo, tum etiam, fi quid mali ac- Regularum.

ciderit, remedium adhibendo.

23 Efficiat, vt sibi, vel alijs ab ipso deputatis In Exam.c.4. Ratis téporibus ratio conscientiæ reddatur, §.36.38.8 p. iuxta modum, qui in officio Prouinciali præ- Ratio conscribitur, & instructionem ad reddendam con scientiz. scientiæ rationem, a Professis quidem, & Coadiutoribus formatis semel in anno, ab alijs vero bis: & aliquos præterea maturiores Patres assignet, qui corum confessiones generales excipiant, nisi Prouincialis tunc adsit.

24 Me-

cum

e ex-

offifua:

ota

ntur itæ;

aliur:

po. quæ

in

ex

tu-

re-

le-ا

مه

:a-

n-

·e-

i-

at

1 8

eİ

Pi4. c.4.5.5. 24 Meminerit, vt Scholastici, si qui erunt, &p 5.c.4.5.6 & Coadiurores non formati, bis fingulis an-& Can. 14. nis circa festa Circuncisionis Domini nostri, Renovatio vo & Apostolorum Petri, & Pauli vota sua reno-

torum quan- uent, præmissis ijs, quæ sieri solent.

25 Singulis, vel alternis diebus Veneris Exhortatio exhortationem nostris vel ipse faciat, vel aliquado, & qui quis alius, quirationem nostri instituti bene bus de rebus teneat, in qua agatur de observatione Conhabenda. Atitutionum, & Regularum, de fraterna cari: tate, humilitate, patientia, mortificatione, & alijs virtutibus, præsertim de obedientia: tametsi exhortationis loco, spiritualis collatio eisdem de rebus aliquando haberi potest.

Crebro subdi spiciat.

Crebro, & magna caritatis significatos alloqua- tione alloquatur subditos, eorumque necestur, corumq. sitatibus non corporis tantum, sed multo etia tépessiue pro. magis anima, paterno affectu prospiciat. Si quem vero intelligat aliqua tentatione pulsari, præsertim graui, eius peculiarem curam, & solicitudinem non solum per se, sed etiam, si necesse suerit, per alios gerat; nec remedium longius differendo, difficiliorem morbi curationem reddat.

P.3.c.7.5.15. benda.

27 In correctionibus, & poenitentijs in-Ratio in pœ- iungendis ratione habebit dispositionis personarum, & ædificationis vniuersalis, & particularis earum, ad gloriam Dei.

P.5.c.1 lit.N 28 Nisi prudentia rebus particularibus Modus in adhibita aliter procedendum dictauerit, illud

· ·

in correctionibus obseruet, vt ij, qui peccant, correctionibo primo in caritate, & dulcedine admoneantur: feruandus. secundo in caritate quidem, sed eo tamen mo do, vt eis confusio, & rubor inijeiatur: tertio amori ea, quæ timorem incutiant, li opus erit, adijciantur.

29 De publicis defectibus publica debet P.3.c. 1 lit. N esse pænitentia, ijs tantum, quæ ad omnium Publica pæ-

ædificationem faciunt, declaratis.

runt,

s and

itri.

eno-

reris

l ali-

bene

Con-

arie

one,

tia:

Ila-

est.

ca-

cel-

etiä

Si

lsa-

m,

m,

ım

ra-

n-

er-

ur-

us

1d

30 Poterit mittere interdum aliquem\_ Mortificatioex suis, vt ostiatim petat eleemosynam, aut nes publica. comitetur emptorem, aut yt inferuiat holpitali, aut in plateis concionetur, Christianamve doctrinam doceat, prout magis in Domino expedire videbitur, habita ratione ædifi-

cationis, & spiritualis vtilicatis nostrorum. 31 Delegare poterit Confessario, vel alijs In Exam.e. 1. vices suas, vt eas poenitentias approbent, vel lit. C. improbent, quas ad maiorem sui spiritus pro- rum approba-

fectum, assumere quisque volet. Et, vt noitris, tio. qui Sacerdotes non funt, facultatem dare pol-

fint frequentius quam octavo quoque die comunicandi, quos ea ratione magis in ipiritu

iuuari in Domino iudicauerint.

32 In danda facultate ieiunandi, sicut & In 1. Cong. in alijs poenitentijs concedendis, videat, ne at. 6. dec. 17. mensuram redæ rationis excedat; detque 5.6. operam, vt omnes intelligant, ad fingularita- Menfura in temnon pertinere, si quis ieiunet alijs non peenitetijs ne ieiunantibus, dummodo ordinaria consue-excedatur.

tudo

De

tudo ieiunandi, quæ iuxta Constitutiones non sit, non introducatur.

Ibid. lit P.

P.3. c.1.5.18 33 Vnio, & conformitas mutua diligentissime curanda est, nec ferenda inter vllos Nostrorum domesticorum perturbatio, vel ira mutua: si quid autem huiusmodi accideret, curet, vt statim cum satisfactione debita in gratiam. inuicem redeant.

P.3.c. 1.5.19. obeunda.

Tam ipse, quam omnes alij Sacerdo-Officia do- tes, qui ei videbuntur, iuxta Constitutiones, mestica à Sa- aliquando incra annum officium, vel officia eorum, qui Domi inseruiunt, ad tempus aliquod obibunt ausgois cos classiqui aus diss

In Exam. c.4. lit. B. Literæ dandæ

35 Videat scripta, & literas omnes, qua 5.6.& p.3.c.1 scributur ad domesticos, & quas ipsi alijs scribunt, aut aliquem virum fidelem, & qui do, num discretionis habeat, Domi constituat, qui eas lectas reddat, aut non reddat, prout in Domino magis expedire iudicabit, sibique referat, si quid inuenerit, quod tanti momenti sit, vt de eo Superior monendus videatur. Res autem vanas, aut qua alia ratione offendere possint, neminem scribere permittat:nec figillum quemquam habere finat fine Prouincialis facultate.

P.3.c.1.5.14. & lit. M. ca, & libri lalciui, &c.

36 Non sint Domi arma, nec instrumen-Arma, Instru ta musica, nec libri lasciui, aut vani, nec nomenta musi- ux vlla recreationes introducantur.

> nco singuidas obstantido consistentino De

3

fa

P.

P

C

h (

m

m

lı I

Pfe

n

G

S

b

C

R

n

De auxilio animarum.

the state of the s

#### A STANDARD STOLE IN THE TOTAL PROPERTY OF THE PARTY OF TH CAP. IV.

37 R Eminerit hoc pertinere ad scopum In Ex.c.1.§.2 IVI totius Societatis, vt ad animarum & par. 4. in. falutem, & perfectionem cum Diuina gratia proæm. Instituti perpromouendam incumbat; & nostri instituti fectio in Dopuritatem in Domibus Professis pracipue elu mibus profescescere debere, qua non tam circa media ad lis. hunc finem præparanda (quemadmodum. Collegia) quam circa finem ipfum, & vfum mediorum ad eum conferentium verfantur.

- 38 Videat, an nostri zelum habeant ani- Zelus animamarum, & an strenue, ac diligenter earum sa- rum. lutem procurent, vt ij solent, quos sanctus Dei amor impellit, nec solum immoderatos pro ratione virium labores suscipi non sinat, sed multo etiam minus in proximis iuuandis

negligentiam toleret.

10 A

ones

gen-

vllos

a: si , Vt

m

do-

ies,

icia

alia

luæ

ri-

do-

at,

ut

ue

n-

r.

n-

ec

n-

1-

3=

(2)

39 Proponatur populo affidue in Eccle- Assidue in Ec sia verbum Dei in prædicationibus, & sacræ candum. Scripturæ, vel doctrinæ Christianæ lectioni - P.4. c.8. S.3. bus, quod etiam in alijs Ecclesij, plateis, & lo & 6. & p. 7. cis præstari potest, quando ad maiorem Dei c.4.§.6. & 7. gloriam conferre videbitur: nominatim ve- Cog, 1.et Ca. ro puerorum, ac rudium personarum in Chri 20. Cong 2. stianismo institutionem, tanquam proprium noltræ vocationis ministerium valde comen-

clesia prædi-

datum

Can. 14. Con datum habeat: intelligatque Christianam doctrinam canendo doceri posse, vbi ad maiorem ædificationem id fore observabitur. Modus autem fine id canendo, fine secus fiat, pro locorum ratione ad ædificationem & maiorem vtilitatem exigatur.

ne

in

bu

po

CI

ui

ill

di

ef

m

+IV al

Vi

in

al

CL

lic

q

n re

fe

0

P

D

E

Confessarij non defint. Jul. iij.

40 Procuret diligenter, ne desint designa-P.4.c.8. S.4. ti Confessarij, qui Domi in administratione & p.7.c.4.5., facramentorum confessionis, & communionis & 9. & in Bul cum fructu exerceatur: quique extra Domum la nostri instit. ægrotorum confessiones audire, morientibus opem ferre, & eos, qui in carceribus, & hospitalibus inueniuntur, visitare, & consolari possint, & reliquis pietatis operibus, quæ in literis Apostolicis instituti nostri, & Constitutionibus proponuntur, incumbere: fed hæc omnia ipse iuxta ordinem à Prouinciali præscriptum exequatur, qui pro ratione loci, & copia Nostrorum metietur, quantum in huius modi rebus operæ sit ponendum.

P.4. c.8. S.5. tradentur.

41 Curet, vt nostri in spiritualibus Exer-&p.7.c.4.5.8 citijs tradendis accurate exerceantur, post-Exercitia spi- quam ea in se suerint experti: nullus tamen deberet ea tradere, nisi prudentia, ac rerumspiritualium vsu satis probatus esset.

Ad loca vicifunt noltri.

42 Si operariorum copia suppetet, potena mitti pof- rit suos mittere ad alia loca vicina, habito consensu Prouincialis, vt similibus operibus caritatis functi, Domum, constituto tempore, redeant.

43 Non

am

i ma-

itur.

s fiat,

z ma-

igna-

one

ionis

mum

tibus

ofpi-

pol-

lite.

itio-

om-

fcri-

co-

iius.

xer-

oft-

en

m

ote-

oito

bus

po-

3

143 Non permittat eodem tempore om Aliqui Domi nes Sacerdotes abesse, sed semper Domi, aut maneant. in Ecclefia aliqui maneant, qui occurrentibus necessitatibus proximorum satisfacere poilint.

44 Cum quis prædicationi, lectioni sa- Operariis pro crx, aut confessionibus audiendis vacat, pro- spiciendum. uideat, ne studij tempus, aliaue necessaria. illi defint.

Si quis ad sacros ordines promouen- P.4. c.8. §.2. dus, aut in confessarium, vel concionatorem et p.7. c.4.5. esse eligendus videbitur, Prouincialem ad- De promomoneat. uendis ad ali-

146 Si quem ex ijs, qui in Ecclesia nostra quod munus. assidue ad sacramenta accedunt, intelligeret qui offendicu vitæ suæ exemplo alios offendere, quantum lo sunt. in iplo est, remedium per confessarium, vel aliquem alium conuenienti ratione adhibere faciar, & Prepolitic hair for our

Non permittat, vt nostri curam mu- P.6.c. 3. 5.5. herum religiosarum, & aliarum quarumcun- Religiosarum que suscipiant, vtordinarie illarum confessio- scipiant nones audiant, vel ipsas regant: quamuis nihil Ari, repugnet aliquando apud eas concionari, aut femel vnius Monasterij confessiones speciales ob causas audire, quod tamen non siet, nisi postulent ij, qui eis præsunt.

Et li proprium Præpositi officium est, P.9.c.6.S.T. Domum sibi commissam diligenter, ac fideli-ter gubernare, neque is propter aliud quid-andice potest.

quam

quam huic muneri deesse debet; si quando tamen per officij sui occupationes licebit, & concionari, & confessiones audire, & alia Societatis ministeria exercere poterit, ac debebit.

Cam quis predicationis, legioni fe. Operatis pros De ordine domestico. 00 142 ... west . ne findly company minute necessary.

## CAP. V.

tidie audien-

Si quis ad lacros ordines promonen Sacrum quo- 49 Votidie post orationem matutinam fiat facrum, cui intersint omnes, qui sacerdotes non sunt; nisi aliquibus propter peculiares causas aliud tempus ad sacrum au diendum concessum sit.

In oratione, 50 Tempore orationi, & examini assi et examine vi gnato sit aliquis, qui obseruet, num omnes ij vacent, quod & Minister ipse aliquando faciat, & Præpositus huic rei diligenter in uigilet.

cium.

主要 美国海里

P.3.c.1.5.16. 51 Syndicum Domi constituat, vbi Miet p. 4. c. 10. nistri aut Subministri opera ad id non vtere Syndici offi- tur, cuius officium erit observare in omnibus, quod ad honestatem, & decentiam externam pertinet, ecclesiam, & domum in locis publicis perlustrando, & si quid, quod non conueniat, annotauerit, Superiori referendo.

Qua hora ad cœnam, et cu

52 A posteriore prandij signo ad coenam bitum eundu, octo vt minimum horæ intersint: aliquid ver

t

P

r

S

·

2 .

e (i

uando

bit, & lia Soac de-

2 40

tinam es,qui opter

m au aisi mnes ando er in

i Mi tere mni n ex-

n loquod refe-

l ve-0

nam

ro amplius víque ad refectiuncula diebus Veneris, & ieiuniorum, iuxta morem regionis; à P.3.c.2.lit.E. tempore autem, quo se nostri cubitum receperunt víque ad fignum, quo excitatur, septe.

53 Benedictio, & gratiarum actio in re- Can.6. Confectorio iuxta vium Breuiarij Romani in pri- greg. 1. ma mensa fiant: in secunda vero, & priuata, mesa, et graretineri possunt antiqua benedictio, & gratia- tiarum actio. rum actio, quæ à singulis submisse, & stando fieri debent.

14 In menía Sacerdotes præcedant alios Can. 30. Coad eum gradum non promotos; sed nec inter greg. 1. Sacerdotes, nec inter eos, qui Sacerdotes non feruandus. funt, vllus ordo constituatur.

55 Si aliqua de causa Præpositus primæ Adsit primæ mensæ adesse non poterit, curet, vt Minister mensæ Miniadfit.

56 A prandio & à cœna hora vna, diebus autem Veneris post collationem vespertinam dimidia recreationi religiose impendantur, Hora recreaidque in vno loco, si commode fieri poterit: tionis. ied neque extra huiusmodi horas labores nimium continuari, fine aliqua conuenienti relaxatione, finat.

- 57 Conferentiæ casuum conscientiæ bis Conferentiæ fingulis hebdomadis habeantur, quibus Sa casium concerdotes omnes, qui commode poterunt, interesse debent Præside docto aliquo, qui ea, de quibus agetur, luculentius explicare, ac dehaire possit. ast s. onimp(i t

> F De

#### REGVLE 84

De ijs, qua pertinent ad res temporales.

## CAP. VI.

giarens aftro level Can. C. Con-Fiducia in 58 M Agno, & constanti animo speret a Deum. Diuina bonitate suæ Domui subsidia temporalia adijcienda, si & nostri ad quarendum Dei regnum fibi, & proximis serio incumbant, & ipse ratione indigentiæ instituti nostri integritatem violari numquam permittat.

P.6.c.2.5.10. 59 Habeat Procuratorem, qui eleemo-Procurator synas petat, cui alios ad eam rem substituere eleemosyna- poterit, si necessarium iudicabit, ita tamen, ve quam paucissimi in mendicando occupentur.

P.4 c.2. S.5. 4. lit. C. exigat.

60 Singulis mensibus à Procuratore raet p.9.c.3. §. tionem accepti, & expensi præsente Ministro exigat, ve totius Domus administrationis ra-A procurato- tio ipsi conster, eamque reddere possit cui, & quando per Superiorem constituetur: caueat autem, ne Domus alieno ære grauetur.

P.6.C.2.5. Vlt. lit. N.

61 In ijs, quæ ad rationem victus, & aliarum rerum vitæ necessariarum, aut conue-In victu, et ve nientium spectant, quamuis curandum est, vt stitu modera- communis illa sit, & valetudini nostrorum accommodata; habenda tamen semper est ratio humilitatis, paupertatis, ac spiritualis edificationis in Domino.

62 VE

62 Vt curare debet ne ij, qui in vinea Qui in vinea Domini magno cum proximorum fructu fe Domini fubexercent, necessario subsidio priuati maiora leuandi sunt. bona relinquere cogantur, neue morbo, aut ætate debiles ministerio fraternæ caritatis destituantur; itaijs, qui neutra ratione aliorum indigent opera, adiutores assignare non debet.

63 Aegrotorum vero cura habeatur ma- P.3.c.2.lit. @ gna, & obseruetur diligenter tam in victus Aegrotorum ratione, quam in ceteris quæ medicus præf- da cura. criplerit.

magna haben

64 Si cui particulari quidpiam ab exter- Elecmosynze no aliquo mittatur, id in communem vsum, in communi accipiatur, ac dispensetur.

65 Caueat, ne Domus ipsa, aliquisve & p.4.c.2.lit. Professorum, aut Coadiutorum redditibus F. et p.6. c.2.

Collegiorum, præterquam in rebus minimis 5.3. vtatur.

66 Si quid stabile donatum, legatumve Domui fuerit, Prouincialem admoneat, vt P.6.c.2.lit.E. quam primum vendatur, & pretium in vlus Stabilia stanecessarios iuxta illius iudicium expendatur: tim vendenda temporis tamen opportunitas ad vendendum non est excludenda.

67 Lites forenses fugiat, nec yllam in- Can.26 cong. consulto Provinciali intentet, nec intente rel- 2. pondeat, nisi cogatur.

68 Si bona alicuius ex nostris distribuen- P.3.c.1. §.7. da essent, si ineundi contractus, si fabrica ali- congr.2.

dispensanda. In ex.c. 1.9.4.

Collegiorum redditibus no

Lites fugiédx

F 3 CUIUS

5

eret d

ubsi-

quæ-

ierio

insti-

ımı

emo.

uere

nen,

pen.

ra-

ftro

ra.

1, &

reat

lia-

ue-

t, ve

n

ra-

ędi-

1103

Expense ex- cuius momenti, & expense extraordinaria fa tra ordinaria, cienda, aut si bona offerantur cum aliqua obligatione, rem ad Prouincialem deferat.

Deposita non 69 Depositum pecuniæ nullum prorsus admittantur · admittat ; aliarum vero rerum non nisi cautissime, dummodo sint eorum, quibus multum debeamus, aut alioqui id officij sine magna offensione, denegarinon possit.

P.6. c.3. §.3. Examinatio ciuilibus.

70 Neminem ex nostris in causis ciuilibus, nostrorum in ne dum criminalibus examinari (nisi, qui ad peccatum obligare potest, compelleret) permittat absque licentia, quam minime dabit, nisi in causis, quæ ad religionem Catholicam pertinent, aut alioqui pie sint, & ita vni faueat vt non in alterius detrimentum cedant.

P.6.c.2.5.14. vtendum.

71 Nullum domi iumentum equitandi Quomodo iu causa ad vsum alicuius de ipsa Societate ordinarie habeatur, nisi aut propter continenter infirmam alicuius valetudinem, aut propter publica negotia, id necessarium, & vrgens iudicaret Generalis.

Ibid. lit. k.

De communicatione cum externis, & gratitudine erga fundatores, & benefactores.

CAP. VII.

Mulierum vifi 72 7 Vlieres inuisere, aut ad eas scribetatio et literæ. IVI re nisi in necessitate, aut cum spemagni

magni fructus, nostros non sinat, nec hoc quidem permittat nisi viris valde probatis, & prudentibus.

73 Non permittat faminas domum no-

stram ingredi.

riæ fa

qua

at.

orfus

cau-

mul-

ma-

bus,

11 ad

per-

bit,

cam

ieat

ndi

or-

en-

op.

ens

160

3

e-

٠

74 Curet, ne primarios viros inuisere ingrediantur. nostri consuescant, nisi sancto studio piorum P.6 c 2. 8.9. operum ducerentur, vel quando intima beneuolentia in Domino coniuncti essent.

75 Non finat offerri munuscula, quæ magnatibus ad res maiores obtinendas offer- Munuscula.

ri folent.

76 Non permittat, vt nostri cibum ca- Nostrinon ca piant apud externos, aut ab eis, cum ægro-piant cibum tant, vilitentur, nisi causa non leuis momenti apudexternos ad id concedendum moueret, quam eandem nec ab eis viesse oportebit, si quando externus aliquis ad agrotant. mensam præsertim Refectorij, inuitandus videretur.

77 Amicos conseruare, & eos, qui ma- P. ro.lit B. le erga nos affecti sunt, præcipue si homines Amici conserfint non vulgaris auctoritatis, orationibus uandi, &c. & rationibus conuenientibus in amicitiam. reuocare, aut saltem, ne aduersarij sint efficere studeat.

78 Obseruet, quæ erga fundatores, & P.4.c 1. benefactores, tam viuos, quam mortuos Graticudo et. observanda sunt, eisque gratitudinem exhi- ga Fundatobeat, & si quam aliam obligationem Domus tes, et benehabet, ei satissieri curet.

P.3.C. I.S. 14.

quando inuifendi.

P 6. c.2. \$ 9:

De

meet indone, notice non lune, sec hee De is, qui admitti petunt, ad Domum diuertunt, aut foras mittuntur.

## CAP. VIII.

neminem admittat .

In Societatem 79 T N Societatem neminem admittat, nisi à Generali, vel Prouinciali id ipfi com-P.I.C.I. S.2. mittatur: sed de ijs, qui admitti petunt, ad Prouincialem referat, vel scribat, quales illi fint, & quibus donis Dei præditi.

P. r.c. r.lit.A.

80 Si is, qui admitti petit, ad institutum Quid cum\_ Societatis valde idoneus videbitur, & necesvalde idoneis sitas vrgeret, poterit eum tanquam hospitem Domi recipere, donec responsum à Prouinciali accipiat, vel ad eundem mittere, si ex-

& lit. A. centiã.

P.2. c.4. S.I. pedire iudicauerie. 81 Recedentem fine licentia ab alio loco Quid cum ve Societatis, vel ab ea dimissum non admirtat, niente sine li- sed si expedire videretur ad Prouincialem de eo scribat, & eius ordinationem expectet, illo domi vt hospite, vel in alio pio loco si videbitur, detento.

Caritas erga

82 Caritatem magnam exihibeat ergaalios per do- alios de Societate per domum transeuntes, mos transeune eosque amanter hospitio excipiat, ac memine P.4. c.2.lit F. rit se aliquo viatico, aut eleemosyna eos, si & p.6.c. 2. lit. indigerent, iuuare posse: curet item diligenter dirigere, ac uuare expeditiones hospitum qui negotiorum causa domi versantur.

83 Ex-

83 Externi ne accipiantur hospitio, vt Externi quan Domi pernoctent, nisi ij sint, quibus multum do domi perdebeatur, aut id officij sine magna offensione noctabunt. prætermitti non possit: qua in re habeatur præcipua ratio religioforum, cum necessitatis causa ad nos diuertunt.

84 Cum quis Domo egredietur, det ei so- P.3.c.1. §.3. cium conuenientem: si quando autem aliquis Cum socio Domo egresolus foras mittitur, is sit cui merito possit diendum.

confidere.

a di-

nifi

om-, ad silli

cum

cel-

tem

in-

ex-

oco

tat

r de

et,

ofi

2

es,

ine , fi enım

85 Neminem ex sua Domo in alium lo- P.7.c,2.lit.M Non fine pa-

cum mittat fine literis patentibus.

Si quis experimento comperiretur tentibus mitferre non posse Domus cælum, & male habe- tendi.
P.3.c.2.lit.G re continenter cerneretur, vel alia ratione Quid de mavideretur mutandus, Prouincialem admo- le habentibus neat, an alio mitti debeat.

87 Profecturi ad alia loca, ea, quam fot- Quid cu protanam vocant, & alijs interioribus indu. fecturis alio. mentis, quibus vtuntur, priuari non debent, nisi forte ratio temporis, aut alioqui caritas fuaderet melioribus esse commutanda. Reliqua vero omnia, quæ ad iter necessaria erunt, magna caritatis fignificatione ab eo loco, vnde mittuntur, subministrentur, sumptibus tamen eorum, quorum erit expensas itineris

RE-